

Incipit liber tercius de proprietatibus anime rationalis.

De diuinitate huius

A su xpo in precedentibus alijs proprietates de substantia penitus incorporea diuina. scilicet natura et angelica quantum ad hunc spectat opusculum breuiter introduximus nunc eiusdem interueniente auxilio ad creaturam corpoream stiliuertam. a dignissima creaturam. scilicet hominem qui naturam et proprietatem sapientiam corporis quam spirituum inchoantes.

De hominis descriptione Ca. i.

Quomodo igitur homo

homo scilicet animam deiformem mansuetum natura secundum legem rationis discipline susceptibile diuinam habens imaginem in potentia cognoscendi et similitudinem in potentia diligendi. Ad hoc ut rudibus et puulis hominibus proprietates manifestius innotescant. a partibus eius ex quibus est compositus breuiter inchoandum. et primo a natura digniori. scilicet ab anima. secundum quam cum substantia angelica conuenit ac concordat. quoniam secundum illam super naturam corporis homo ad celestia eleuatur. Nam sicut dicitur. **Ps.** homo abusuue ab humo est dictus cum ex societate non tantum corporis sed anime sit creatus. Et ideo grece antropos. id est sursum erectus appellatur. eo quod ab ymo ad contemplationem sui artificis spiritus regimine subleuatur. unde poeta. **Prona**que curis spectant animalia cetera terra. **Os** hominis sublimem dedit celumque videre. **Iussit** et erectos ad sidera tollere vultus. **Homo** itaque celum querat et non tanquam pecus veteri obediens mentem in terra figat. **Cum** etiam secundum **Ps.** duplex sit homo. scilicet interior et exterior. prius ab interiori. scilicet anima tractandum.

De homine interiori. scilicet anima Ca. ii.

Primo igitur videtur

quod est quid sit anima rationalis secundum reum et secundum diffinitionem. et quid dicatur secundum ethimologiam et nominis impositionem. Deinde quid secundum potentiam et virtutem. Tercio quod secundum effectum et operationem. Quarto quod secundum sui perfectibilem compositionem. scilicet quod sit eius proprietas quam cum corpore coniungit et que quam ab eo separat. **Anima** vero rationalis de qua hic intendimus a quibusdam sanctis et philosophis diffinitur ut spiritus. a quibusdam ut anima. a quibusdam ut anima et spiritus. In quantum autem anima habet naturam spiritus diffinitur ab **Augustino** in libro de motu cordis.

Adhuc de anima

Ca. iij.

Prima est substantia

incorporea intellectualis illuminationis a primo vltima relatione perceptiua. Ex qua diffinitione primam et precipuam cognoscimus rationalem anime proprietatem. **Spiritus** enim humanus mediate per angelos est diuine illuminationis receptiuus. **Item** in quantum est anima diffinitur dupliciter. Quia vniuersi corpori. scilicet ut motor mobili et nauta navi. et secundum hunc diffinitur a remigio sic. **Anima** est substantia incorporea regens corpus. **Et** ab **Aug.** de anima et spiritu. **Anima** est substantia quedam rationis princeps. corpori regendo accommodata. ex qua diffinitione alia spiritus proprietas elicitur. scilicet quod quadam necessitate amoris et gubernationis ad regimen corporis sibi vniuersi naturaliter inclinatur. **Ex** quo etiam patet quod anima in corpore regendo non per dimensionem et loci spacium in corpore extenditur. sed eius virtute corpus vniuersum regit et mouet sicut portus **Calcedoni** exemplum in commento super thymum dicitur aranea que in medio tele eius residens sentit qualemcumque motum iterius vel exterius factum sic anima in centro cordis residens sine sui distensione totum corpus viuificat et omnium membrorum motus dirigit et gubernat. **Prout** autem operatur corpori sibi vniuerso ut forma et perfectio. diffinitur a philosopho in libro de anima sic. **Anima** est endelichia. id est actus primus sine perfectio corporis philosophici organici potentia vitam habentis. **Ex** qua diffinitione patet quod quousque corpori sit vniuersalis non tantum omni sed solum organico corpori et philosophico. id est naturaliter ad susceptionem anime rationalis disposito infunditur et vniuersi. **Item** in quantum est anima et spiritus quadrupliciter diffinitur. primo in comparatione ad creaturas generaliter sicut ait **Aug.** in libro de anima et spiritu. **Anima** est omnium similitudo. **Ex** quo patet quod anima ex sui natura ad suscipiendum in se omnium rerum similitudines est apta nata. ut dicitur in libro de anima et spiritu. anima ad similitudinem totius sapientie facta in se omnium rerum gerit similitudinem. quoniam sicut in terra est per essentiam. aque vero per imaginatorem aeri per rationem. firmamento per intellectum celo empireo per intelligentiam. Sexto autem modo diffinitur in comparatione ad deum tanquam ad suam causam efficientem sic. **Anima** est deiforme spiraculum vite. **Ex** quo patet proprietas anime quod non ex traduce. nec ex seminali ratione propagatur. sed ad viuificationem corporis a deo infunditur et creatur. **Item** septimo modo describitur in comparatione ad deum sicut ad finem suum sic. **Anima** est spiritus intellectualis ad beatitudinem in se et in corpore ordinatus. et ex hoc relucet anime proprietas. scilicet quod anima non solum separata beati

ficatur cum angelis vel sicut angelus immo in corpore glorificato ipsius felicitas ampliatur. **H**as omnes differentias et diffinitiones sub quadam generali descriptione comprehendit **Io. Damasc.** omelia. xxvj. Anima est substantia vivens simplex et incorporea. corporeis oculis habet propriam naturam invisibilis et immortalis rationalis intellectualis infigurabilis organico utens corpore et huic scilicet corpori vite augmentatiōis sensus et generationis tributiva non alius habens preter seipsam intellectum sed partem sui ipsius purissimam. Sicut etiam oculus in corpore. ita est anima intellectus arbitrio libera et voluntaria et operativa voluntate vertibilis quam creabilis. Omnia hec ex eius gratia qui eam condidit suscipiens ex quo et esse et naturam suscepit. **Huc** usque **Io. Damasc.** in ca. supradicto. **Cōsiles** et proprietates describit **Bern.** sic d. **D**āia insignita dei imagine decorata similitudine desponsata fide dotata spū. redempta xpī sanguine. deputata cum angelis. capax beatitudinis heres salutis particeps rōnis. quid tibi cū carne. **E**x istis multis diffinitionibus et descriptionibus varijs varie proprietates anime quo ad esse nature et esse iam relucet.

Quo aīa sit a p̄his descripta. **Ca. iiii.**

Quid tamen s̄m

Quem sit anima. pluribus incertū est. **N**am circa hoc antiqui legunt philosophias varias quasi contrarias sententias protulisse. **R**ecitat enim **Arist.** in li. de aīa. quod **plato** posuit aīam essentiam se mouentem. **Zeno** hoc dicit aīam esse numerū se mouentē. **Pythagoras** armoniam **Daphino** ydeam. **Asclepides** hoc dixit aīam esse quinque sensuum exercitium siue consonum **Pyrocras** autem sp̄m tenuē per omne corpus dispersum. **Eraclius** philosophus lucem vel scintillam essentie aīam vocat. **Democritus** sp̄m insertum atomis. vnde propter facilitatem motus totū corpus anime peruiū asserit. **Permenides** dicit eam ex terra et igne esse. **Epicurus** dicit animam quandam speciem ex igne et aere esse. **Apertus** dicit animam quandam vigorem igneum fore. **Iuxta** illud. **I**gneus est illis vigor et celestis origo. **Cum** ergo tot et tam diuersa de substantia anime a sapientibus sint relata. hoc solum sufficit quo ad presens quod s̄m sanctorum dicta. anima est quedam spiritalis et intellectualis rationalis substantia ad viuificandum et perficiendum corpus humanum a deo ex nihilo sic creata. vnde quia substantia est extrinsecum susceptiva. susceptibilis enim est scientie et ignorantie virtutis et malicie et hoc sine substantie sue im-

mutatione seu deperditione. **I**tem quia incorporea est non est sensu corporali peruia. neque s̄m dimensionem extensiuam. **I**tem quia simplex est in natura ideo nec augmenti nec detrimenti est in sua essentia receptiva. et ideo nec in corpore maiori est maior. nec in minori minor ut dicit **Aug.** **I**tem quoniam simplex sit et invariabilis in substantia sua. est tamen in potentia sua multiplex. **N**am multitudo in virtute et in potentia non ponit maioritatem in natura vel minoritatem. sed quo ad varios effectus est potentialis multitudo in anima. vnde non est maior in tribus quam in vna. nec minor in vna quam in tribus. **P**atet itaque multiplex anime proprietates s̄m res et diffinitionem. lucidius autem patebit anime conditio per nominis ipsius impositionem.

Quomodo anima a gentilibus nomen accepit. **Ca. v.**

Anima igitur s̄m

Animo. a gentilibus nomen accepit. **P**ro eo quod s̄m eorum opinionem ventus sit. quia aerem ore attrahentes vivere videmur. **S**ed illud apertissime falsum est. quia multo prius anima corpori infunditur quam aer ore capiatur. quia in genitricis utero statim vivit quoniam a domino infunditur et creatur. **A**nima igitur dicitur eo quod vivit. et corpus cui infunditur animat et viuificat. **S**pūs hoc dicitur. quia vitam in se habet spiralem aīalem et naturalem. et quia spirare facit ipsum corpus. **I**dem etiam in essentia est anima et animus. sed anima dicit vitam s̄m rationem animus consilium. vnde dicunt philosophi animam id est vitam sine animo. id est sine consilio permanere. **D**icitur etiam anima mens. quia tanquam caput eminent vel quod meminit. vnde homo s̄m mentem dicitur imago dei. **I**tem multa nomina anime sunt ita commixta quod vnum pro alio sepe ponitur et per diuersa nomina anima diuersis respectibus nominatur. **A**nima enim dicitur dum animat et viuificat. **M**ens in quantum recolligit. **A**nimus dum vult. **R**atio dum rectum iudicat. **S**piritus dum spirat. **S**ensus dum aliquid sentit. **U**nde et per his anime proprietatibus. scientia que anime quietas est a sensu nomen accepit. **H**ucusque **I**sto. li. xj. ca. j.

De potentibus anime. **Ca. vj.**

Anima vero plu

Anes habet potentias cum sit in substantia vna multiplicem habet compositionem s̄m quam oportuit diuersam potentiarum ipsius ostendere partitionem. **C**omparatur

enim ad corpus 7 ad finem suum. 7 ad actū suum. fm p̄pationem h̄o ad corpus quinqz habet potentias. quarum prima est fm Augusti. sensualitas que vis est anime qua mouetur 7 tēdit in corpis sensus atqz appetitus rerū ad corpus pertinentium. **H**ac potentia mouet aīal ad appetendum delectabilia. refugitqz nocua. **S**ecunda potentia est sensus scz vis anime q̄ cognoscit res sensibiles 7 corporales qn̄ sunt p̄sentes. **T**ercia est imaginatio qua anima intuetur formas rerū corpaliū cum sunt absentes. **Q**uarta est ratio que inter bonū 7 malū verū 7 falsū discernit. **Q**uinta est intellectus que res non materiales sed intelligibiles p̄prehendit vt deum et angelum 7 hm̄oi. **T**res p̄ie potentie. s. sensualitas sensus 7 imaginatio sūt in anima. put est corpori vnibilis 7 ei influit vitam 7 sensum interiorez 7 exteriorē ad ip̄ius corporis perfectionem. 7 he potentie homibz 7 brutis sunt p̄munes. due h̄o alie. s. rō 7 intellectus sunt in ea. puta corpore est sepabilis et remanet sepata sicut angelus. 7 hoc fm duplicem aspectum. **R**espicit nanqz superiora 7 sic intellectus nuncupat. respicit 7 inferiora: 7 sit ratio dicit. **P**rout autem anima p̄patur ad finē suū triplicem habet potentiam. s. rationalem qua tendit in verū. concupiscibilem qua tendit in bonū. irascibilem qua tendit in arduū 7 eternū. **I**n rationali est cognitio veri. in concupiscibili voluntas 7 desideriu3 boni. in irascibili est fuga p̄trarij scz mali. **O**m̄nis itaqz potētia sic p̄siderata est cognitua siue apprehēsiua veri vel affectiua boni vel motiua ad fugā mali. **D**e vi igitur apprehēsiua siue rationali om̄nis sensus oritur. **D**e vi autem motiua concupiscibili 7 irascibili nascitur oīs affectio siue affectus. que affectiones sunt quatuor scz gaudium spes timor 7 dolor. prime due nascuntur de concupiscibili. nam de re quā concupiscim⁹ gaudemus 7 gaudento speramus. **D**ue h̄o alie. s. timor 7 dolor oriuntur de irascibili. quia de eo qd̄ odimus iam dolemus 7 dolendo timemus. **H**i siqdē q̄tuor affectus virtutū om̄niū 7 viciorū quedam sunt substrata materia sic als est ostensum. 7 hoc patet per Aug. in li. de anima 7 spiritu vbi hec om̄nia declarantur.

De triplici potentia anime Ca. viij.

Prout vero considerat aīa ad suū actū triplex potentia occurrit. s. vegetabilis sensibilibis rationalis. immo i diuersis subiectis triplex dicitur anima scilicet vegetabilis que est in plā

tis 7 radicibus. sensibilis que est in brutis 7 animalibus rationalis in hominibus. **U**nde animam vegetabilem comparat philosophus triangulo. quia huiusmodi tres sunt partes. generatiua. nutritiua. augmentatiua. vnde hec potentia seu anima prima est similis triāgulo in geometria. **A**nimam sensibilem comparant quadrangulo. quia quadrangulus ducta linea ab angulo ad angulum duos facit triangulos. anima sensibilis duos facit triangulos potentiaz. vbiunqz enim anima est sensibilis ibi vegetabilis inuenitur sed non econuerso. **A**nimaz autem rationales comparat circulo ratione sue p̄fectionis 7 capacitatis. **O**m̄niū enim figurarū ysuperimetrarū id est equales ambitus habentium maximus est circulus. **Q**uis enim perfectibilis facta sit in sciētia 7 virtutibus anima rationalis. vt dicitur in libro de anima. perfectissima est 7 capacissima instar circuli q̄tum ad potentias naturales. vnde sup̄posita anima rationali p̄supponitur potentia vegetabilis 7 sensibilis. sed non conuertitur.

De anima vegetabili Ca. viij.

Anima igitur vegetabilis potentiam habet generatiuam necessariam ad multiplicationem specierum. potentiam nutritiuam ad conseruationem indiuidui. sed potentiam augmentatiuam ad perfectionem subiecti. **H**uic autē virtuti vegetabili quatuor deseruiūt scilicet virtus appetitiua que fuit necessaria in nutrimento. digestiua que separat conueniens ab inconuenienti in nutrimento. retentiua que trāsmittit ad singulas partes in animalibus 7 ad singulos ramos in plantis quod conueniens ēi alimento 7 coniungitur eis vt restauretur deperditio tam in animalibus q̄ in plantis. **E**xpulsiva que expellit illud quod nature est inconueniens 7 nociuum. **S**unt 7 alie virtutes potētie vegetabili administrantes vt immutatiua. informatiua. assimilatiua. perforabilis. aspera leuis. quarum differentias non intendimus p̄sequi. quia in libro Iohannici per se patent. **E**x p̄dictis igitur breuiter recollige q̄ anima per potentiam vegetabilem in plantis de similibus similia producit 7 producta in esse multiplicat 7 custodit. **I**tem que sunt necessaria ad nutrimentum appetit recipit incorpat atqz vnit. **I**tem q̄ inconuenientia sunt abiicit 7 excludit. **I**tem p̄ generatiuam virtutē cui deseruit pascitiua multiplicat speciem 7 ad esse perducit. **I**tem p̄ nutritiuam speciem multiplicatā refouet atqz nu-

trit. Item per augmentatiam subiectum dilata-
tando in debita quantitate proficit et producit. In
senio et temporibus mutabilitate deficit et tandem pe-
reunte corpore ipsa perit. Hec de anima vegeta-
bili hic dicta sufficiant.

De anima sensibili

Ca. ix.

De anima autem

Sensibili quantum ad potentiarum suarum duas aliqua pauca breuiter se-
dicenda. Nam virtus sensibilis in subtilissimis
cerebri ventriculis sedem habet. ab ipso autem ce-
rebro per nervos et arterias per singulas partes
animam se diffundens motum et sensum volunta-
rium in singulis membris operatur. Dupliciter itaque
est habet anima sensibilis potestatem. scilicet apprehen-
sivam et motivam. Apprehensiva non dividitur in
sensum communem siue interio-rem et in sensum par-
ticularem siue exteriorum. sensus non exterior con-
tinet visum auditum gustum odoratum et ta-
ctum. et iste sensus in suis organis producitur ta-
liter ad effectum. Quidam nervus qui ab anatho-
mia dicitur obticus descendit a cerebro ad oculo-
los seu ad oculorum pupillas et ramificatur in
duas partes. et alius quidem ad aures. tertius
ad nares. quartus ad linguas et palatum. quintus
ramificatur ad organa tactus per totum corpus.
Per istos itaque nervos spiritus sensibilis ubique dif-
funditur per corpus et eius virtute totum sensi-
bile et mobile redditur ex cuius spiritus diffusionem
per nervos arterias et musculos tota corporis
compago ad motum habilis invenitur.

De sensu communi siue interiori

Ca. x.

Sensus vero com-
munis siue interior dividitur in tres
partes secundum tres cerebri regiones. Nam
in cerebro sunt tres cellule. scilicet anterior in qua
virtus imaginativa operatur. que quidem ea que
sensus extrinsecus apprehendit interioris ordi-
nat et componit. ut dicit Iohannicus. Est et
media cellula scilicet logistica in qua ratio sensibilis vel
estimativa virtus dominatur. Est iterum et ter-
cia et postrema que est memorativa que ea que
apprehensa sunt per imaginationem siue ratio-
nem in thesauro memorie retinet et custodit.

De virtute sensitiva.

Ca. xi.

Sensus itaque siue

sensitiva virtus que ab anima sensi-
bili procedit est potentia qua anima
de coloribus saporibus et alijs sensuum obiectis
iudicat et discernit. imaginativa non est virtus que
formas prius a particularibus receptas quantumvis

absentes apprehendimus. ut patet quando mo-
tes aureos cogitamus. vel quando propter si-
militudinem aliorum montium de monte per-
naso somniamus. Virtus autem estimativa siue
ratio sensibilis est secundum quam in precauendis ma-
lis nobis vel in delectabilibus consequendis pru-
dentes sunt homines et sagaces et hec estimati-
va nobis communis est et brutis ut patet in ca-
nibus et etiam lupis. ratione tamen proprie lo-
quendo non utuntur. sed quadam forti et soler-
ti estimatione. sed de hoc alius. memorativa non
est vis conservativa siue recordativa per quam
species rerum ne in oblivionem veniant repo-
nuntur et reservantur. Unde dicit quidam. me-
morativa est archa siue cistula rationis.

De virtute sensibili motiva.

Cap. xij.

Virtus autem sen-

sibilis motiva dividitur in naturalē
vitalem et animale. Virtus autem
naturalis est motiva humorum in corpore ani-
malis per venas. et habet sedem suam principa-
liter in epate. eo quod ibi principaliter operetur. Vir-
tus quoque vitalis habet motum suum per ar-
terias in quibus movetur spiritus a corde procedens.
nam hec virtus sedem suam habet in corde
unde oriuntur arterie sicut ex epate vene nascuntur.
tanti enim caloris est cor quod nisi frigidum aere
attracto eius calor mitigaretur utique in semet-
ipso suffocaretur. Propter quod per arterias
et pulmonem necesse est aerem attrahere et eius
incendium mitigare. Virtus autem animalis
motiva que principaliter sedem habet in ventri-
culis cerebri a quo oriuntur omnes nervi media-
te nucha id est medulla spinali que est in spon-
dilibus dorsum movet omnia membra. Primo enim
movet nervos et musculos et lacertos. qui motum
mouent et alia membra motu voluntario in om-
nem partem. secundum non quod movet manus dicitur
virtus operativa. secundum non quod se extendit ad pedes
et movet ad ambulandum dicitur virtus pro-
gressiva eo quod secundum eam moventur animalia mo-
tu progressivo. Recollige igitur breuiter que sen-
sibilis proprietates huic tractatui congruenter. Est
igitur anima sensibilis quedam spiritualis sub-
stantia vegetabili nobilior et dignior. rationabi-
li non longe indignior et ignobilior. Nam eius
esse et operatio dependet a materia siue subie-
cto cuius est perfectiva. unde pereunte corpore
perit eius essentia et operatio nec permanet a cor-
pore separata. quantumvis tamen est in corpore nobiles
habet operationes. Est enim corporum anima
liam sensibilis et in ipsis sensuum interiorum
et exteriorum secundum organorum exigentiam com-

pletiva. Item omnium membrorum scdm omnem partem est motiva. Item per singulas partes corporis est sue virtutis distributiva vel diffusiva. Item fm maiorem nobilitatem organorum et membrorum est nobilium actionum productiva. Item somni et vigilie in animalibus est effectiva. Item virtute eius ad interiora renovata in interioribus corporis fortius est activa. Item diffusa per exteriores sensus et circa diversa occupata debilius in singulis operatur. qm em actualiter intendit in visu debilitatur et remittit in auditu. et sic de alijs. Unde dicitur. Singulorum intentio minor est ad singula sensus. Item in extremis et nimis excellentibus eius virtus obtunditur. sed in medijs delectatur. Item eius virtus et operatio impeditur qm propter opilationem meatuum et pororum in membris spiritui sensibili via seu transitus denegatur vel in paraliticis epilepticis et alijs patet. Item ex nimio calore dissolvente et poros dilatante virtus eius dissolvitur sicut ex nimia frigiditate restringente ne se diffundat coartatur. Item ex odouriferis virtus animalis depedita restauratur sicut ex fetidibus corrumpitur et granatur. Sed hec de virtute sensibilibus iam sufficienter.

De anima rationali

Ca. xiiij.

Anima vero rationalis siue vis intellectualis idem est quod intellectus. Unde dividitur fm duos principales actus. i. intellectum speculativum et intellectus practicum. Intellectus enim speculativus exercet in contemplatione. intellectus vero practicus in operatione. Et fm hanc radicem dividitur vita activa et contemplativa. Anima igitur rationalis perpetua est et incorruptibilis ac immortalis propter quod et principalis eius actus. scilicet intelligere nullatenus dependet a corpore. et ideo perfecte vivit et intelligit a corpore separata immo quanto plus se corpori immerferit tanto tardius et imperfectius intelligit et quanto se magis a carnalibus nexibus subtraxerit tanto facilius et clarius apprehendit. Uoco autem hic immersionem vel per fantastica imaginatorem vel per delectationem carnis siue temporalium dilectionem. unde dicit Gregorius. Homo sicut in medio creatus est ut esset inferior angelo superiorque inferiori. ita habet aliquid quod necesse est pervenire cum summo et aliquid cum infimo. Immortalitates quidem habet spiritus cum angelo. mortalitatem corporis cum iumento. Anima igitur si ad deum per rationem convertitur illuminatur melioratur et perficitur. Si vero per affectiones ad creaturas convertitur obscuratur corrumpitur et deterioratur. quibus enim anima in se considerata immortalis sit et perpetua. passibilis est tamen ex colligati-

one corporis cui est coniuncta. unde Augustinus in libro de anima et spiritu anime in corporibus viventes per dilectionem rerum sensibilium corporalibus imaginibus afficiuntur a corporibus exeuntes in eisdem imaginibus tormenta patiuntur. Propterea enim corporalibus passionibus ibidem detineri possunt. quia habent mundate a corruptione corporum non fuerunt. Ex quo patet quod anima quibusvis in sui natura sit purissima. impuritatem contrahit a carne cum originaliter est corrupta sicut vinum vel aliquid quicunque liquor ex vase corrupto contrahit infectionem. et ideo exuta a corpore quibusvis ex colligatiōe corporis secum sordes deferret. et ideo necesse est ut purgentur sicut gemma de luto noviter emundata. Hec autem omnia de dictis Augustinus sunt excerpta. Recollige igitur ex predictis quod anima rationalis inter omnes creaturas divine imaginis et similitudinis est expressius representativa. et hoc quia trina est in potentia. quibusvis unica et simplex sit in natura. Item omnium rerum similitudinum est in se potentia. Et ideo anima dicitur omnium rerum similitudo. ut dicit Augustinus. Item semel creata in corpore vel extra corpus est in esse perpetuo permanentia. Nam ut dicit Cassiodorus. nunquam ad divinam imaginem diceretur creata si mortis termino clauderet. Item edelichia est corporis organici phici. et ideo ipsius corporis in parte et in toto est perfectiva. Item ex natura sibi indita est naturaliter boni et mali veri et falsi diiudicativa et libere electiva. Item fm diversas potentias formarum et specierum diversarum rerum presentium et absentium est apprehensiva. Nam res materiales per suas naturales formas presentes vel absentes discernit. res vero immateriales per sui presentiam apprehendit. ut ait Augustinus. Item per reflexionem sui ipsius supra se. sui ipsius est cognitiva. ut dicit philosophus. Nam videndo et intelligendo cognoscit se. Item illuminationum et impressionum diversarum ad modum tabule est naturaliter receptiva. Item cum naturaliter incorporari et corpori uniri appetat. unionis cum corpore est naturaliter affectiva. Item naturaliter est appetitiva boni et malicie fugitiva. quibusvis enim ex defectu liberi arbitrii quibusvis malum eligat. tamen ex natura malo remurmurat. ut dicit Augustinus. Unde anima vegetabilis appetit esse. sensibilis appetit bene esse. rationalis autem affectat optimum esse. Et ideo nunquam quiescit nisi cum optio coniungatur. Locus enim anime rationalis est deus ad quem movetur ut in eo quiescat non per distensiones sed potius per desiderium et amorem. Hec itaque anime proprietates cum alijs supra positis iam sufficienter.

De virtutibus anime quibus potens est suas operationes exercere. **Ca. xiiij.**

Distinctio diximus de proprietatibus anime in se et in suo corpore considerate. Istat videre de ipsius virtutibus quibus potens est suas operationes in corpore exercere. Hec autem virtus est potentia anime ei essentialiter attributa ad suas peragendas in corpore actiões. Nam mediante hac virtute corpus viuificat cor et arterias constringit continue et dilatat sensum et motum voluntarium omni animato corpori ad ministrat. vt dicit **Constan. li. xij.** Hec itaqz est triplex. naturalis que est in epate. vitalis sine spiritalis que in corde. animalis que in cerebro sedem habet. Actio igitur virtutis naturalis in animalibus et in plantis communis est que generat nutrit et augmentat. vt idem dicit **Consta.** Est autem generatio prout hic sumitur substantie humoris vel rationis seminalis in substantiam plante vel animalis operatione nature facta mutatio. et hec virtus incipit operari a tempore generationis vsqz ad perfectionem plante vel animalis. Huic autem generationi naturali due virtutes. scz immutativa et informativa subministrant. Nam virtus immutativa est illa que substantiam seminis transmutat et conuertit in substantiam singularum partium plante vel animalis. et hec virtus istam facit transmutationem mediante quatuor qualitatibus primis. scz calido. frigido. humido. et sicco. nam per calidum et humidum operatur substantiam molliorem vt carnem in animalibus flores et medullam in arboribus. per calidum et siccum operatur radices in vegetabilibus cor in amantibus. per frigidum et humidum operatur in plantarum folijs et animalium pilis. per frigidum et siccum operatur in nervis et ossibus animalium in truncis et corticibus arborum et plantarum. virtus vero secundaria scz informativa actioni nature in generationibus est necessaria. quia ordinat et distinguit formam et speciem ipsi generato per partes singulas pugnantes. Nam huius perforata perforat. vacua concavat. aspera lenificat. et nimis leuia asperat. et vnicuiqz particule superficiem perficit et figurat. De autem due virtutes scz immutativa et informativa non diutius operantur nisi quousqz ipsa res generata vt animal vel planta in esse nature compleatur. Et ideo necesse fuit vt virtus nutritiva ad conseruationem generationis continue sequeretur. est enim ipsius generatiue virtutis adiutrix et ministra. quia in

longitudine latitudine et profunditate augmentat et extendit ipsum generatum. Pascitua qz virtus nutritivam adiuuat et ei ministrat. qz cibum ab animalibus assumptum in membris assimilatur et solidatur et quod dissolutum est ac tepidum vi caloris vel aliqua passione aeris reparatur et restauratur. et ideo natura mirabilis pascitiuam virtutez nutritiue fecit adiutricem et vtriusqz subiecit ministerio virtutis generatiue. Huic ergo pascitiue virtuti quatuor virtutes particulares subministrant. scz appetitiua que nutrimentum conueniens attrahit ipsis membris et ad nutrimentum carnis attrahit temperamentum sanguis ad nutrimentum cerebri et pulmonis temperamentum fleumaticis. et sic de alijs. Item ei cooperatur virtus digestiua que conuenientia ab inconuenientibus nutriendo separat et diuidit purum ab impuro. Item virtus retentiua que seorsum nutrimentum custodit. et quod iam actione nature excoctum est singulis membris incorporatur assimilatur atqz vnit. Item expulsiua que superflua a membris tracta eis nullatenus assimilando necessaria expellit. Et ideo sicut vis appetitiua operatur cum calido et sicco et digestiua cum calido et humido et retentiua cum frigido et sicco. sic expulsiua cum frigido et humido operatur.

De virtute vitali et in initium est cor. **Ca. xv.**

Virtutem autem naturalem sequitur virtus vitalis que viuificat cuius fundamentum sine proprium domicilium est cor a quo procedit vita ad omnia membra viuificanda. Istius virtutis operationi cooperatur vis voluntarie motiua qua cor et arterie dilatant et constringunt. Et dicitur hec dilatatio motus cordis a medio in omnes extremitates. Sic e conuerso constrictio dicitur motus ab extremitatibus ad ipsum medium sicut est in fabrorum follibus videre. Virtus ergo vitalis cor dilatando mediante pulmone ad cor aerem attrahit et a corde ad alia membra per arterias transmittit. Et ista virtus per virtutem dilatatiuam cordis et constrictiuam. anhelitus in animali operatur qui mouet pectus motu continuo. neruis tamen motis primitus et lacertis. Iste autem flatus sine anhelitus necessarius est ad caloris naturalis mitigationem et ad spiritus vitalis nutrimentum necesse ad spiritus animalis generationem. Custodia enim caloris naturalis est frigidi aeris temperatus attractus et custodia vitalis ex temperamento generatur spiritus animalis. et ideo ad vite conseruationem nihil est magis necessarium quam anhelitus bene dispositus in om-

nibus ordinatus. **H**ec oia habent a **C**onst. in pantegni. **S**ine cibo enim 7 potu ad horas p̄ cōsistere animal. sine attractione h̄o aeris nec ad momentum potest animal in debita consistētia permanere. **C**orruptit̄ tamen hic anhelitus siue aer attractus multis modis 7 sequitur necessario destructio animalis. **P**rimo ex cerebri mala dispositōe. nam cerebro quocūq; mō in suo officio impedito p̄pter defectum influentie spirituum. deficit cordis dilatatio 7 debita constrictio. vñd sequitur necessario animal suffocatio. vt patz ī apoplexia 7 in alijs causis cōsilibz. **I**tē idē accidit ex cordis lesione qñ hūorum ibi naturaliter existentium fit euacuatio 7 per p̄sequens spirituum exinanitio 7 sic aer attractio non habet locum. **I**tem idēz accidit ex subita caloris naturalis ad interiora cordis repercussione vt patet in timorosis 7 fleobothomis qui aliquando deficiunt 7 sincopizant. **I**tē idem accidit ex epatis infectione. naz corruptō epatis generationem aufert puri sanguinis q̄ calor naturalis nutritur quo ablato spiritus vitalis deficit 7 p̄ consequens anhelitus particulatiter vel vniuersaliter impeditur. **I**tem idem accidit ex pulmonis p̄foratione. vt patet in ptificis in quibz vētus altractus p̄ occultos poros euanescit 7 ad tempandum calorem cordis nullatenus satisfacit. **I**tem idem accidit in omis 7 maxime interioris vacuitatis corpis subita repletōe. vt patet in submersis in quibus poris opilatis anhelitus intercluditur 7 simpliciter impeditur. **I**tem ex nimia aeris corruptione. vtz ī pestilentia 7 corrupto aere qñ spiritus vitalis suū p̄trarium fugiens interioribz cordis se includit 7 ex corrupto aere iā oppressus cor 7 alia corpis membra regē non sufficit. immo deficit in se 7 quasi subito euanescit. 7 tunc mors est ī poris. **I**tem ex humorz thoracis 7 pectoris infectiua corruptione. vt patz ī leprosis. **I**tem ex viarū canalium pulmonis obstructione. vtz in asinaticis 7 anhelosis 7 alijs. **I**tem ex speciali cordis corruptione sicut ex morzu alicuius venenosi reptilis c̄ venenum ad cor penetrās naturalem calorem vincit. 7 sic anhelitus uia intercluditur. **I**tez nimia calidi aeris rarefactione sicut p̄tingit ex balneo nimis calido vel sole feruentissimo poros nimis rarefaciente 7 aperiente. vñ sit nimia caloris naturalis exalatio 7 sic n̄ sufficit aer frigidus attract̄ ad caloris accidentalis mitigatōez. 7 sic anhelit̄ impedit̄. **I**tē idē accidit ex aere nimis frigido lacertos 7 nervos pectoris p̄stringente. vñ 7 vis attractiua aeris impedit̄. vt patz in dormientibz sup̄ niuē. **I**tē idē

quādoq; p̄tingit ex vene cordis que d̄z p̄caua vena opilatione qua opilata 7 interclusa d̄negatur transitus siue via sanguis ab epate ad cor ad vitalis spūs nutrimentū. vñ calore intenso 7 humore subtracto aīal suffocat. qz nō suffic̄ aer ad cor refrigerandum. **I**tē idē accidit ex colere siue alteri hūoris ī subtilissimis venis cordis intensiōe. vt patz in acutis febribus in quibz deficit anhelitus. **I**tez ex gutturis 7 alioz metuū exteriorz nimia 7 violenta p̄strictōe vt est videre in suspēsis 7 suffocatis in qb̄ intercepto anhelitu cor subito incēdit 7 sic aīal subito morit̄. **H**is 7 multis alijs modis vital̄ virtus p̄fectuz anhelit̄ impedit̄. **E**x virtute spūali pcedunt. ira pugna indignatio emulatō 7 similes passiones que quidē surgūt in brutis ex motu spūali virtutis cū impetu 7 sine discretōne s̄ in hoibz ordinande s̄ 7 regende sub certa aīratione. **H**ec de spūali siue vitali virtute sufficiant.

De virtute aīali. **Ca. xvj.**

Virt̄ aīalis sedē

7 locū h̄z in superiori pte hoīs. s. in cerebro. 7 h̄ est triplex. s. ordinatiua sensitua 7 motiua. **O**rdinatiua p̄ se solū explet cerebrū. nā ī p̄ma parte sui in anteriori cellula ordinat fantasiā siue imaginationem in media cellula ordinat estimatiuā 7 rationē 7 iterū ī posteriori cellula p̄ficit memoriā 7 memoratiuam actionem. nam virtus imaginatiua illud quod format 7 imaginat̄ transmittit ad iudiciū rationis. **R**atio h̄o qd̄ ab imaginatiōe recipit 7 qñ index iudicat 7 diffinit ad memoriā transmittēdo. **M**emoria ea que fuerūt in intellectu posita recipit. 7 donec illa ad actū reducat. p̄seruat firmiter 7 custodit. **S**ecunda virtus. s. sensitua sic habz formari. nā spūs aīalis ab interioribz ventricul̄ cerebri mediātibz quibusdā nervis q̄ sūt mollissimi p̄gredit̄ ex qb̄ sensus format. vñd quidam dirigūt cū spū aīali ad oculos vt ibi formet̄ visus. quidā ad nares vt formet̄ olfact̄ 7 sic de alijs. **S**ensus igit̄ visus subtilior est cū sit natura ei⁹ ignea. **A**uditus sensus est aereus qz percussu aeris sonitus. deinde subtilior est olfactus cū sit natura eius fumea. deinde gust̄ cū sit eius natura aquea. postremo sensus tactus grossior est omnibus. quia natura sua cū sit terrea in duris. s. in ossibus 7 in nervis in asperlembus frigidis 7 calidis est necessaria. **H**orum sensuum singuli habent sua officia vt immutati 7 informati a suis obiectis que sentiūt vt sua sensata intellectui rep̄ntent.

Sensus igitur visus cum sit igneus est simplicissimus unde et remotissima subito apprehenditur. Sensus autem visus sic format. In medio quippe oculi scilicet in pupilla est quidam humor purissimus et lucentissimus qui cristalloides a phis est vocatus. eo quod more cristalli ad suscipiendas varias colorum formas subito coaptatur. Visus enim est sensus colorum figurarum et formarum et proprietatum exteriorum susceptivus et discretivus. unde ad visum perficiendum sunt hec necessaria. scilicet causa efficiens organum sine instrumentum perveniens exterior res operans siue aer defrens anime intentio et motus mediocris. Causa efficiens est humor aialis. Instrumentum est humor cristallinus in utroque oculo collocatus. clarus et rotundus. Clarus est ut sua claritate spiritum et aerem per oculos irradiet. rotundus ut minus sit passibilis. quia forma rotunda in lateribus elisa angulos non habet in quibus contingat superfluitas presitura lesionem. Exterior res cooperans est aer sine quo mediante visus non potest perfici. ut enim visus perficiatur in quibusdam aialibus aeris claritas exigitur. in quibusdam vero obscuritas. in quibusdam autem mediocritas. nam in murlegis exigitur obscuritas in vespertilionibus. et in quibusdam aliis animalibus mediocritas ut post patebit. Item attentio etiam anime est necessaria. dum enim circa rem aliquam innestigandam alio sensu est intenta oculus minus perfecte videt. quia de re visa non iudicat. Item necessarius est motus mediocris. si enim moveret res visa vehementer ex multo impetu visus profunderet et ex motu nimio et continuo dispergeretur ut patet in remo fracto apparente in aqua propter motum aque velociter. Sic etiam aliquid lignum oblongum velociter motum apparet rotundum. De visu vero qualiter fiat fuerunt apud veteres varie opiniones. Fit autem secundum philosophum ut patet ex primo capitulo perspective tripliciter visus. Uno modo per directas lineas super quas venit species rei vise ad visum. Alio modo super reflexas quoniam scilicet primo multiplicantur species a re ad speculum et a speculo fit reflexio ad visum. Tercio modo fit per lineas que licet non sint reflexe ab aliquo sed diriguntur inter rem et visum non tamen vadunt incessu recto semper sed aliquando divertunt a via recta quando scilicet medium multiplex interponitur. Et sunt ista media diversarum dyaphoneitatum ut quando unum densius est et aliud rarius id est minus densum et rarum. Aliquoniam enim

occurrit medium alterius nature sed frangitur radius siue species radiosa nisi veniat super lineam cadentem perpendiculariter super illud medium. secundum occurrens et voco lineam cadere perpendiculariter super corpus planum ad angulos rectos. super corpus vero sphericum quoniam cadit in eius centrum. Ad visum autem primo modo dictum novem precipue exiguntur sicut habetur ibidem. Primum est sanitas siue bona dispositio organi visus. Secundum est oppositio visibilis contra visum. quia visus tali modo videndi non videt nisi rem illam a cuius partibus venit species super lineas rectas cadentes in centrum oculi que omnes linee ducte a singulis partibus rei faciunt unam pyramidem cuius conus est in pupilla et basis in re visa. ut patet in hac figura. A enim et B sunt axes quando videns directe intuetur punctum. c. Quando vero intuetur punctum. d. tunc ille due b. c. exeuntes ab oculis dicuntur axes. D et E quoniam exeunt immediate ab oculi medio ad rem visam. Tertium est distantia proportionalis. Quartum d. c. est situs determinatus non nimis ab axe visuali elongatus. quia illud scilicet quod multum elongatur ab ipso axe licet visui opponatur. tamen distincte non agnoscitur. Axis visualis est radius ille siue linea que intelligitur duci a medio visus ad punctum rei vise directe ad oppositum in medio visus. ut patet in hac figura. Quintum est soliditas seu densitas rei vise. quia quod est omnino perivium non videtur. unde et aer non videtur eo quod est in fine dyaphoneitatis. et non habet densitatem ut dicitur auctoritate scientie perspective. Sextum est magnitudo debita rei visibilis quia res potest esse ita parva quod non videbitur in aliqua distantia. quia visus non est nisi per pyramidem ad oculum venientem que si fuerit valde parva occupabit partem visus valde parvam. Sed visus non sentit visibile nisi quando pars superfacie sue immutata fuerit quantitate visibili. Septimum est raritas medium interiacentis quoniam medium si fuerit densum impediatur multiplicatio speciei ut non veniat debito modo et de facili ad pupilam. Octavum est lux. quia species visibilis non immutat visum nisi cum luce. Nonum est tempus quia visio fit in tempore sicut probatur in perspective. quoniam visibile subito ostendat visui non tamen discrete agnosceret. nec distincte nisi aliquando habita anime deliberatione. que mora indiget et tempore Et ideo attentio anime est et necessaria in predictis. ut

supra dictum est. preterea sicut per se non solum
venit species rei visæ ad visum sicut per pyramidem
visualem. sed species visus ad rem super pyramidem
visualem extensam in eodem loco. dicit enim
Aristo. in. xix. li. de animalibus. quod nihil aliud est
visum videre quam quod visus creatur ad rem visam. Et
idem vult **Aug.** primo li. super Gen. et. vi. mulice
a re autem visam nihil venit nisi species eius ne-
que a visu ad rem venit aliud quam species eius. ni-
hil enim exit ab oculi substantia quia corrumpere-
tur sed exit ab oculo conus pyramidis et di-
latatur eius basis super totam superficiem rei
visæ. Item probat autor perspective in li. primo quod
nihil videtur nisi per lucem orientem super rem vi-
sam. ab eadem visus ad oculum multiplicatur.
vnde necessario exigitur tertia pyramis. scilicet ipsi-
lucis. et omnium istorum trium pyramidum co-
ni sunt in oculis et bases in re visæ. Quando ex-
go visus habet species venientes super has tres
pyramides. tunc transit species lucis et coloris
per medium tunicarum et humorum oculi visus ad
humorem crystallinum et ibi incipit anima face-
re iudicium de re visæ per speciem illam. sed ibi non
implet. immo ulterius multiplicatur species visus
ad nervum obticum siue concauum qui latet
in superficie cerebri et ibi est virtus visiva in ra-
dice et supposito primo principali et uno. aliter enim
vna res se videtur due propter duos oculos
nisi continuarentur ad unum organum in quo
sit vna virtus formalis derivata ad pupillas. Hec
omnia ostendit autor perspective. Aliam ratio-
nem visus ostendit et assignat **Constant.** li. iij. c.
xj. Dicit enim spiritum visibilem oculum et aerem cor-
pora clara esse que irradiatione quadam sese in-
vicem irradiando immutant. Aer enim qui iux-
ta est rem videndam ab eius proprietatibus im-
mutatur et sic immutatus oculo se offert a quo
spiritus visibilis immutatur. nam ista virtus visiva visus
et ad extremas partes pupille se diffundens aeri
immutato adiungit et quasi unus cum illo efficitur
et color mediante aere delatus aie iudicio presen-
tatur. Aer enim ex varietate formarum sibi obiec-
tarum facile immutat. sicut videmus ex objectu
